educti sunt angelo duce redierũt & in christo quieuerunt. Horum corpora mediolani in ecclesia que nunc est fratrum ordinis nostri s. fratrum predicatorũ requiesce bant ꝫ nunc colonie requiescũt.

## De sancto Paulo.

PAulus primus heremita vt testatur Jheronimus qui eius vitaꝫ conscribit se ꝟente Decij persecucõe heremũ vastissimam adijt. Ibiqꝫ in quadam spelunca .xl. annis hominibꝫ ignotus pmansit Videns autem sanctus Paulus christianis tot tormentorum genera irrogari: in heremum affugit. Eo siquidem tẽpore suo iuuenes christiani cõphenduntur. Quorum vnus toto corpore melle perungitur & sub ardore solis aculeis muscarum scrabonum. & vesparum lacerandus exponitur. Alter vero mollissimo lecto imponitur. & in loco amenissimo collocatur. vbi aeris erat tẽperies. riuulorum sonitus. cantus auium. & florum olphactus suminibus tñ floreis coloribus obtectis. sic iuuenis cingitur vt manibus vel pedibus se iuuare non posset Adest quedam iuuencula pulcherrima corporẽ & impudica. ac impudice tractat iuuenem amore dei repletum. Cum autem ille in carne motus cõtrarios racioni sensisset non habens arma quibus ab hoste se eruat: linguam propriaꝫ suis dentibus incidit. & in facieꝫ impudice expuit Et sic temptationẽ dolore fugauit & trophreum laude dignum promeruit. Horum aliorum penis sanctus Paulus territus: heremum petijt Et tempore eodum Anthonius inter monachos primum se heremi incolaꝫ cogitaret: in sompnis alium multo se meliorem esse heremi incolam edocet. Qui dum eum per siluas inquireret. obuium habuit ypocẽtauruꝫ id est hominem equo mixtum: q ei viam dexteram demonstrauit. Postmodum obuium habuit animal ferens fructus palmarum supra ymaginem hominis insignitam: deorsum vero capre formaꝫ habens Qui dum ipsum per deuꝫ coniuraret vt sibi quis esset diceret. Respondit se esse satirum deũ siluarum scd̃m errorem gentiliuꝫ Postremo obuiauit ei lupus: q eum ad cellam sancti Pauli perduxit Paulus autem Anthoniũ presentiens: ostium sera clausit. Anthonius vero rogat vt ei aperiat asserens se numq̃ inde recessurum: sed ibi moriturũ. victus Paulus ei aperuit statimqꝫ ambo in amplexuꝫ ruunt. Cumqꝫ prandij hora adesset: coruus duplicatam partem panis attulit Cumqꝫ Anthonius de hoc miraretur: respõdit Paulus. q deus sibi omni die taliter ministrabat: & annonam propter hospitem duplicauerat. Pia lis oritur quis magis dignus eẽt panem diuidere Defert Paulus hospiti: & anthonius seniori Tandem vtriqꝫ manum apponunt. & in equas partes panem diuidũt

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-147/0079
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG